

omne nefas erumpunt, & vere dici potest, nullum scelus esse, quod per ebrietatem non admittatur, non excusetur, non alatur. Et sane aliquis suspente ingenio in obfectionem pronus est? ubi merito maduerit, ipsam etiam innocentiam probis profunderit; turbata ratio non finet, amicum ab inimico dignifici, neutri parceret. Iracundia obnoxius est? ubi vino se profuit, percutit, minatur, ferit, jurat. In impudicitiam proclivis? ignis hic devorans, quemadmodum in Scripturis vocatur, ex oculis ejus erumpit, in obscena exhalat verba, & cupiditas saepe a vi non abstinere; tantum furoris addit ebrietas. Temeritas, odium, blasphemia, ceteraque crimina magis intolerabilia sunt, cum vino animantur; quemadmodum sterquilini fozor magis se prodit, ubi illud incaluit. *Idem.*

Cum aliquis vino deditus est, & experientia nullum dubitandi locum facit de malis, quae in ebrietate committere consuevit; dubitandum non est, quominus vitio illi vertat Deus ipsam ebrietatem, & quidquid per ebrietatem peccat. Equidem scio hominem, qui seipsum ad eam redegit necessitatem, per quam opera bona operari non potest, reum non esse, ubi omittit illa, licet bene operandi impotentia effectus sit peccatorum illius: quia non praevit mala, quae inde erant consecutura, & vix credibile est, hac mentem illius subitisse. Non tenemus quolibet tempore bona opera facere; & nulla ratione melius ab illis dispensari possumus, quam eorumdem efficiendorum impotentia. At non idem sentiendum est de blasphemis, obfectionibus, impudicitis; neque enim fas est illas committere, cum illis licet abstinere. Verum est hominem de sana mente dejectum, nullumque rationis intervallum habentem, ream non futuram, si furore subito raptus aliquid contra divina, humanaeque jura conaretur, quia illud non praevit, & quia cum non esset sui compos, eidem integrum minime fuit suam rationem servare. Sed ebrietati deditus praevit, & praevide debuit, mala, quae patrat, ubi vino incaluit, uti supponitur; & ad hanc rationem suam servare debuit, uti lex divina praescribit. Reus est igitur blasphemiarum, malarumque omnium, quae in eo statu, in quo ultra seipsum constituit, operatur. Ubi ebrius aliquem occidit humana justitia ebrietatis rationem minime admittit, at neque divina justitia illam admittit; quippe homo illi mentis suae libertatem servare debebat. *Idem.*

Homines in vita seipsos secundum conditionem, ac bona sua gerere debent, quod hac in re extraordinarium vocatur, nemini prohibetur, ubi sit extraordinarium, hoc est rarum, singularibus occasionibus reservatum, & una die non absumat, quod esset diebus pluribus necessarium. Nobilitatem, divitumque virorum communis mensa luxu esse illis, qui neque eorum bona habent, neque dignitatem. Verum si Deus finit, hos delicatioribus epulis uti, his eo magis sibi cavendum est, quo pluribus modis majorique vi deliciae, varietas, condimenta, & copia dapum temperantiae adversantur. *Idem.*

Quamvis crapula non officiat valetudini, satis est per illam patrifamilias fortunae everti, ut moderate cibis uti cogantur; eorum enim immoderatus abusus non solum est abutentis opprobrium, verum etiam filiorum parit calamitatem. Ethnici olim primos fideles accusabant, quod in ceteris suis filios jugularent, ac innocentium victimarum sanguinem eparent. Prima Ecclesiae patres terribilissimas haec calumnias solo naturae horrore confutarent. Sed parentes ganeis suis abedi, & inservientes abdomini, viam invenerunt comedendi substantiam, & bibendi quodammodo sanguinem filiorum suorum, non sine horrore solum, verum etiam cum gaudio in effusissimam in omni temperantiae genera libidinem impendentibus bona, quibus pro eorum substantiam parcere tenebantur. At ne credatis me nimium tragicis uti verbis; Spiritus Sanctus huiusmodi utitur crudelissimos huiusmodi parentes filiorum suorum interfectores appellans. *Necatores sine misericordia filiorum suorum, & comestores viscerum hominum, & devoratores sanguinis.* Si haec bona, quae familia, filiorumque vestrorum victui sunt necessaria, in pauperum suum effunderetis; vos profecto contra charitatis praecipuum peccaretis; haec enim praecipit ut eorum egellatibus consulatis, qui vos propius attingunt, antequam elemosynam erogetis; ut vero nequissimae voluptati indulgeatis, in comestationibus, & ganeis ea dissipabitis, quae

Sept. 22.

filiorum vestrorum victui, & educationi debetis? *Idem.*

Paupertas, aliaque mala, quae patrum intemperantia filii adfert, tanta non sunt, si conferatur cum jactura aeternae salutis, atque damnationis eorumdem, quae quidem satis communis, nimiumque deplorabilis est harum ganeorum effectus. Non loquor hoc in loco de scandalo, quod illis praebetur; non de criminibus, quibus educationis defectus, vel exigua parentum in illos auctoritas, vel ipsa paupertas illos obiciunt, vel fortasse adigunt; loquor solum, inhumani parentes, de contemptu, quem de vobis concipiunt; de odio, quod in vos fovent; de maledictionibus, quibus vos persequuntur; de modica cura, quam gerent vestri, ubi labore, & industria ex illis emerferint malis, in quae illos praecipites dederatis, atque resistuerint everfam a vobis fortunam. Quomodo enim in pretio habeant parentem, qui nullam honoris, aut dignitatis eorum curam gessit? Quomodo illum diligant, qui patriam exivit charitatem; remaniscant quid filii debeant illi, qui paterni amoris oblitus est; ne putent vitam illi debere, qui intemperantia sua eam miserantiam feci; atque grati animi sensus foveant erga eum, quem peccatere videtur, quod illos genuerit? *Idem.*

Mirum esse non debet, nisi homines fuo abdomini nati pauperum misereantur, quandoquidem parum adeo filiorum suorum misereantur. Quomodo enim pauperum, divitumque substantiam non devorent, si possint, quandoquidem ita crudeles sunt, ut consanguineorum bona obligantur, quibus sua reservare deberent? Ita mala intemperantiae, quae personalia tanquam modo essent peccata, si nocentium valetudini, innocentiae, salutis obicerent, sunt peccata publica, cum usque ad filiorum perniciem, & populorum oppressionem se extendunt. Hoc pacto infelix hac intemperantia illam primi parentis nostri imitatur, & quemadmodum originalem illud crimen fuit generale hominum exitium; intemperantiae mala tanta nonnumquam sunt, ut cum subsistere nequeant in eorum persona, qui illa committunt, sunt mala domestica, & publica, & eo nequiora sunt, quo perniciem inferunt graviores. *Idem.*

Tunc homo apud ceteros mortales bene audit, atque habetur in pretio, cum in moribus illius reprehenditur vividum ingenium, suavitas, humanitas, atque festivitas; morales virtutes, quae uti Ethnici quoque sentiebant suavissima sunt urbanae societatis vincula; at illane reperuntur in homine, quem intemperantia, ut plurimum impudentem efficit, vecordem, rusticum, & ad quemcumque ledendum, & quodcumque amicitiae vinculum infringendum, dispositum? E contra quidquid odium homini consistere potest, plurimum continet, ut ganeo dedecore afficiatur. Invidia, quam sibi creat, scandalum, quod aliis affert, vitae, quam avertit, infamia, turpis, quam sibi procurat, paupertas, inepta ad quodcumque munus obediendum facultas, haec omnia illum in omnium contemptum, & odium adducunt: nam licet corruptus, & nequam sit mundus, homines tamen hujus farinae contemnit, & horret. Licet ganeorum suarum sodales illos concelebrent, & parasiti, qui ex eorum profusa largitate vivunt, eos diligant, atque perquirant: boni tamen illos contemunt, & tamquam publicam pestem execrantur: Et sane videmus unquam homini qui sese dapibus, meroque ingurgiat, ullum committi negotium, ullam demandari provinciam? Ullumne ei creditur secretum, vel ulla res momenti alicujus? An e contra illius vitatur societas? & cum aliquod praebemus consilium is, in quo auctoritatem obtinemus, nonne etiam atque etiam commendamus, ne ullam cum illis ineam societatem? *Ex Morali Dictionario Sermonis 1. de ebrietate.*

Quamquam intemperantia, ebrietas vero praefertim a Sapientibus omnibus, atque divina lege damnatur, sicte Sanctus Augustinus animadvertit, numerum eorum, qui eidem dediti sunt, tantum esse, & fatalem conscientiarum eorumdem tranquillitatem, tantam habere vim in animos eorum, qui in ipsa Christianae disciplinae severitate oderunt, ut qui naturaliter voluptatem amant, illic nullam esse culpam arbitrentur. Undenam proficisci possent adeo crassius ferre, quem tot Ethnici solo naturae lumine docti reverterant; nisi quod peccatum hoc illos adeo recurdos effecit, & intemperantiam

Parentes saepe culpam suam sine causa generant infelicis eorum qui ab illis geniti sunt.

Ganeorum excessus saepe publicae peccata sunt.

Intemperantia urbanae naturae est.

Quam communi in mundo sit ebrietas. S. Augustinus. Sermon 210. de Tempore.

Licet eum vitio amicos excipere, dum modo non migret in consuetudinem.

Luc. 21.

Intemperantia secundum Scripturas est vitiosum omnium etiam.

rantiae focii tanto furore eos illic rapiunt, ut credant, se impune labi posse in tantum facinus, cum sodalitates, vel alia quaevis occasio illos impellunt. *Idem.*

Amico cenam instruere urbanitatis, & saepe etiam societatis habitus necessitas est; sed quotidianum huius rei habitum efficere, atque corpori suo blandiri iis rebus omnibus, quae temperantiae oppositae sunt; in crapulis eos dies traducere, qui Divino cultui dediti sunt, nullum transigere negotium, nullum insere pacum sine ebrietatis, & comestationis auxilio, haec necesse est necessitas, quam ratio probare possit? *Sermo manuscriptus.*

Auribus, animoque excipiendum est, S. Leo inquit, quod in Evangelio ait Jesus Christus: *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate.* Metuamus ne adventiens in adeo brutali voluptate non demerlos inveniat. Satis superque videmus quotidie quam huiusmodi intemperantia, & mentem aggravat, & corpus; quam contraria sit & alterius acuminis, & valetudini alterius; nisi temperantia infelicibus adverteretur illebris gula, & neget voluptati quod non nisi oneri futurum est. Deneget ergo semper animam sancta aliquid corpori suo, hinc fraxum injiciat, neque illi permittat, quod eidem obfuturum est; ut carnis pondere exonerata liberius, atque pacatius vacare possit meditationi sapientiae, atque in profundo silentio aeternae gustare delicias, quibus ab ea cumlatur. Ex Patris huius sententia liquet, putandum non esse soporem hunc, de quo Dei Filius verba facit, eos tantum respicere excessus, qui horrorem cient, cum aliquis in vino mentem amittit. *S. Leo, Sermon 8. de Jejunio.*

Sacrae Litterae eos redarguentes, qui Noeticis temporibus divinum cogere justitiam, ut universum terrarum orbem diluvio obrueret; & alios qui de celo ignem in Sodomam, & Gomorrhiam temporibus Loth pertraxerunt; & novi testamenti malum divitem, illos dumtaxat insimulant, quod immodice quotidie sese dapibus, vinoque ingurgita-

rent. *In diebus Noe edebant, & bibant: in diebus Loth edebant, & bibebant, & ubi de malo divite sermo est: epulabatur quotidie splendide.* Scriptura non ait homines illos adulteros fuisse, fores, & homicidas; dicit solum illos quotidie opipare epulatos fuisse. At hoc tantum scelus est, Sanctus Gregorius inquit? Ita sane est; sed ut intelligatur, non est his vocibus inharendum. Considerandum est terribilissimam quae vitia proficisci ex ea cura; quae corpus blande nutritur, tamquam effectus ex causa; atque ita Scripturam affirmantem, has omnes divinae justitiae victimas in hoc unum fuisse intentas, quomodo abdomini suo inservirent; paucis accusare illos de vitiis omnibus, atque flagitiis. *In bis enim attende quasi in origine omnia genera vitiorum.* P. Gegou libro, cui titulus: *Usus Sacramenti Penitentiae.*

Nihil adeo mirum est, quam effusa in omni intemperantia libido: Requies post praelium queritur in iis voluptatibus, quae magis laboriosae sunt, magisque oppositae valetudini, quam omnes exantlati labores. Non minus pudet necire vinum ferre, quam holium acies populare. In convivio ridiculam, ineptamque personam gerit, qui jurate nescit, qui cum aliis obscena verba non profert, qui in partem detestat accedere impietatis, obscenarumque voluptatum, quas vulgo immodicus vini haufus inspirat. Haec autem vitia eo nequiora sunt, quod dici non possunt ullam per se voluptatem asferre, nisi per ideam, quae concipitur, quod quae haec fecerit peccat, & per speciem, nomenque bibacissimi helluonis, quod ille praefertur cum iactantia videtur. Quid enim magis graue est, quam ultra vires bibere, & epulari? Quod bibit, & comeditur ultra necessitatem, veram voluptatem adferre non potest. Attamen hac in re eo usque proceditur, ut turpis gloria exitimetur, alios bibendo superare, neque cuiquam cedere, nisi postquam in capaciorebus scyphis rationis iactura facta est. *Liber, cui titulus De Puerorum educatione, J. Pici.*

Intemperantiam vulgo alia gravia scelera subiciuntur.

# INTENTIO.

Puritas Intentionis; Recta intentio omnibus in operibus habenda.

## MONITUM.

**S**I intentio anima est, ac forma humanarum actionum, quae illas efficit bonas, vel malas, probro, vel laude dignas; hinc sequitur illam esse totius disciplinae Christianae principium, quandoquidem omnium actionum nostrarum coram Deo pretium, meritumque constituit. Idcirco interest Evangelicis quidem Oratoribus de hac ex suggestu verba facere, nostra vero argumentum hoc adeo necessarium nequaquam omittere.

Sed operae pretium est admonere, nos hoc in loco de recta tantum intentione verba facturos; hoc est de rationibus, quae omnia opera nostra bona comitari debent, quin pravus immeremur consiliis, quae optimas qualibet actiones corrumpunt, & facta, quae in hominum oculis sanctissima habentur, qualia sunt desiderium gloriae accipienda, lucri spes, humanus respectus, & alia, quae nobilissimas virtutes in vitia, & scelera vertunt; quamquam abstinere non possimus quominus obiter, ac generatim tantummodo haec attingamus, cum de illis singularim in titulis suis verba fecerimus.

Ad haec animadvertendum est huius argumenti sermonem esse debere didascalicum, ut quidquid ex Theologico peno depromptum de bonorum operum meritis, & bonis scribis, qui in eisdem exercendis haberi possunt, in medium adfertur, facile intelligi, atque in praxim redigi valeat; virtuales ab actuali attentione esse distinguendum; docendum quomodo tempore dirigenda sit intentio, quare in occasione insauranda; tradendam rationem, quae minime etiam actiones ob egregias causas, quae eisdem coram Deo maxime commendant, possint attingi; praesertim vero ostendendum, quomodo possimus, & quanti referat nullius operis iacturam facere, sed omnia, & singula in quaesitu ponere. Haec omnia, quae ad fideles erudiendos accommodatissima sunt, hoc in argumento sunt maxime necessaria.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum huius Argumenti Systemata.

**I**DE bonis, quae ex recta omnibus in operibus intentionis percipiuntur. Haec autem ad tria potissimum redigo, Primum est, quod pura, atque recta in-

tentione placemus Deo, nosmet eidem acceptos reddimus, quemadmodum ipse testatur loquens de Job, David, aliisque sanctis viris, qui coram illo in cordis simplicitate ambulaverunt. Et ratio constat:

flat; cum enim per rectam intentionem omnia faciamus, ut illi placeamus, eaque faciamus, quæ illi placeant, fieri non potest quin illius benevolentiam, & amorem nobismet conciliemus. Adhæc, ratione ista primum illud, ac magnum præceptum amandi Deum ex toto corde, ex tota anima, omnibus viribus observatur. Heu! Quis ego sum, ut adimplere valeam quod expetit Deus ex corde adeo imbecilli quale meum est, adeo in malum prono, & adeo pravus studiis addicto? Hoc utique adimplere non possum nisi desiderio, atque intentione adimplendi. Illum amare volo; illum amo, intentionem habeo illius glorificandi; illum glorifico; Deus enim cordi tantummodo respicit intentionem;

*Reg. c. 16. Dominus autem intuetur cor.* Hoc autem bonum nonne per se satis esse debet, ut sanctissimam, purissimamque habeamus intentionem; quandoquidem illam ipse intuetur, illam cognoscit, & corda reneque scrutatur? Videt ille cordis nostri situm, & quomodo animus affectus sit; & quomam pacto illi amorem nostrum melius testari, ac illius erga nos demereri possimus, quam si omnia a nobis fiant, ut illi placeamus?

Bonum alterum. Maxima consolatio, quæ hac in vita percipi queat, est intentionem suam probare posse, quidquid contigerit: ita ut quicumque sit negotiorum nostrorum eventus, cum nulla in re nos conscientia nostra redarguit, sed e contra fideliter nobis perhibet testimonium, quod recta fuerit, licet exproberemur, licet dixeris proficandamur, licet vituperemur, conscientia nostræ judicium, ac testimonio lætemur. *Quia Deo placet opera tua.* Effusiant, judicantque mortales quodcumque ipsi plauerint, me mea coram Deo probat intentio; & hoc satis est.

Tertio. Hæc ratio est infinitos meritorum thesauros congerendi; per hanc enim omnia in quaestu ponuntur, & minimæ actiones, & illæ etiam, quæ neutre sunt, & mere ex natura ipsa proficere, præstare sunt, & gloriæ æternitatis dignissimæ. Duo sunt meritorum principia: alterum habituale, actuale alterum. Habituale principium est gratia, actuale bona intentio: hæc ex sunt quæ actionem aliquam bonam, atque rectam efficiunt: ita ut ubi utrumque hoc principium simul concurrat, nihil in vita merito caret. Merita nostra singulis augere momenti possumus, ac brevi summam sanctitatis gloriam adipisci. *Consummatus in brevi explevit tempora multa.*

**II.** Cum intentio sit actionum nostrarum anima; & hæc ablata neque ut hominem, neque ut Christianum decet, agamus; pro Concionis argumento, partitione tria hæc possunt assumi, quæ id omne continent, quod in Morali Christiana docemur.

1. Quid sit bona intentio in actionibus habenda, ut agamus, quemadmodum homines, & Christianos agere decet: in quo illa consistat, scilicet ut agamus propter Deum, ut illi placeamus, & propter gloriam ipsius &c. 2. Ejus necessitas, ut actiones nostræ meritorie fiant, ac dignæ æterna remuneratione; etenim, illa si desit, nullius coram Deo sunt pretii, nullius virtutis: ubi latens aperitur campus ostendendi quid inter actionem virtutis mere moralis, & illam, quæ virtutis est christianæ, & supernaturalis, discrimen intersit. 3. Praxis rectæ, puræque intentionis; & signa, ex quibus cognosci potest, utrum propter Deum, vel humanam, & naturalem aliquam rationem agatur.

**III.** Tria possunt ostendi, quæ quamdam gradationis speciem constituunt, & egregiam concionem efficiunt. 1. Sanctitatem, & perfectionem Christiani consistere in perfectione actionum, quæ ad illius spectant officia, & quæ Deus ab illo expetit eo in statu, in quo ipsum Providentia constituit. 2. Actiones nostras eo perfectiores esse, ac tanto plus meritorum coram Domino habere, quo magis puris, rectisque intentionibus sunt, quod facile ostendi potest invidis Moralibus, Theologicisque argumentis. 3. Minimas quoque actiones, & quæ per se neque bonæ sunt, neque malæ, per bonam intentionem ad eminentem perfectionis gradum attingi posse.

**IV.** 1. Necessitas agendi pura, rectaque intentione, quæ nobis quatenus hominibus, & quatenus Christianis adest. A Deo habemus essentiam, vitam, & quidquid habemus; igitur propter illum dumtaxat agere debemus, omnes actiones nostras ad gloriam ejus referre; alii vero tituli, quibus ad Deum pertinemus, nequaquam minus arctam necessitatem nobis indicunt. 2. Modi puræ hujus intentionis

acquirendæ, videlicet amorem proprium exere, qui omnia ad seipsum referit; sese a terrenis omnibus divellere; ardentem habere charitatem, quæ efficiat, ut Deum rebus omnibus anteferamus &c. 3. Exercitium puræ hujus intentionis, in ipso statim diei primordio omnes actiones suas offerre; subinde eandem intentionem iterare, præsertim vero in precipuis actionibus; eandem multiplicare, quia una, eademque actio plures admittere potest intentiones, quæ tantum abest, quod alix alias evertant, ut immo sese mutuo perficiant, & efficiant, ut plures virtutes in una exercentur.

**V.** 1. Intentio actionibus, quas factimus, pretium tribuit; hæc illas vel magnas reddit, vel exiguas, prout illas sublimiori, priori, rectorique intentione factimus. 2. Eo majus erit meritum, & deinde præmium actionum nostrarum, quo minus ad utilitatem nostram referentur, & quo purius, & unice propter Dei gloriam fient. 3. Bona in omnibus actionibus intentio gignere debet nostrum in hac vita solatium, nostraque conscientia tranquillitatem; eademque nostrum gaudium, nostraque post mortem spei esse debet argumentum.

In recta, puraque intentione tria possunt considerari.

**VI.** 1. Principium, ex quo emanat, quod esse debet charitas; qui Deum amat, nihil intentionem prætermittit, ut illi placeat; querit, scrutatur, quid illi acceptus futurum est; agit, operatur unice propter illum. 2. Objectum, scopus, & finis, quem sibi intentio recta proponit, videlicet major Dei gloria; quod quidem sublimissimum, & præstantissimum, objectum est &c. 3. Bonæ intentionis effectus, quia videlicet nos sanctos efficit, perfectoque, atque præstat, ut quodcumque facimus, plurimum conferat, ut perfectiores Deoque gratiores evadamus.

Pro argumento desumi possunt bonæ, & pravæ qualitates, quas intentionibus nostris appingit; videlicet quid boni bona, 2. quid vero mali mala efficiat intentio.

**VII.** 1. Intentio bona bonas, sanctasque efficit actiones nostras, quæ per se nullo in discrimine habentur; ita ut quod nihil omnino ad æternitatem profuturum esset, dignum fiat æterna mercede. Deinde coram Deo malas excusat actiones, quæ per invincibilem sunt ignorantiam, & minime culpabilem quamvis illas probare non valeat, quæ per se malæ sunt, & quæ pro malis sancta nobis habendæ. Denique illas, quæ per se bonæ sunt, toto celo meliores, & perfectiores efficit, cum nobilissimis, atque integerrimis rationibus attolluntur.

2. Nobis persuasum esse debet pravam intentionem, 1. pravas efficiere actiones, quæ neutre sunt, & eas, quæ maxime sunt innocuæ, corrumpere. 2. graviora, & nequiora efficiere peccata, quibus animi æstus, & frogalitas nostra aliquam afferre possent exultationem. 3. præclarissimas virtutes in teterima vitia convertere.

**VIII.** Qualitates, vel conditiones, quas habere debet consilium, atque desiderium majorem Deo gloriam asserendi, quæ quidem præstantissima est, & intentionum omnium perfectissima.

1. Hæc intentio, quam Christianus quilibet in actionibus suis habere debet, esse debet universalis; ita ut se extendat non solum ad omnem vitam nostræ rationem generatim; verum etiam ad quamlibet singularem; ita ut ex omnibus actionibus nostris ne una quidem sit, licet abjectissima, & maxime indifferens, quæ ex Apostoli consilio, mediat, vel immediate non referatur ad Deum. 2. Intentio hæc adeo nobilis, & sublimis supra esse debet, ita ut a nobis plaris fiat quodcumque minimum, quod tamen ad gloriam Dei aliquid conferat, quam quidquid in terris maximum est; cum enim Dei gloria sit bonum Dei; bonum creaturæ, quæcumque illa sit, nunquam cum illo comparandum est. 3. Intentio, quam in actionibus nostris nobismet proponimus, pura esse debet, hoc est in iis, quæ sunt non utilitas, non voluptas, non gloria nostra inquirenda est. *Ex P. Nepveu in Spiritu Christianismi.*

**IX.** 1. Omnia, quæ in nos Deus habet, jura, & propter quæ illum spectamus expetunt, ut propter illum operemur. Non minus ultimus est finis noster, quam primum principium, atque ita cum nihil in nobis sit, quod a Deo non dimanet, qui dignatur nobis suum offerre concursum, ut in quavis actione nobiscum operetur; nonne æquum est, ut propter illum agamus &c. 2. Licet ex iustitia non tene-

neremur omnes actiones nostras ad illum referre, nos ad id utilitas nostra debeat impellere; hoc enim pacto infinitos meritorum thesauros acquirimus, omnia, minimas etiam actiones, & quæ magis indifferentes sunt, in quaestu ponentes; & efficientes, ut quidquid facimus, nobis ad æternitatem comparandum proficiat &c. *Ex eodem Tomo 2. Considerationum.*

**X.** 1. Omnibus in operibus rectam, puramque habere intentionem, nostræ conscientia pacem, & tranquillitatem constituit, quæ nihil nobis potest exprobrare. 2. Hoc efficit, ut solidissimas virtutes exerceamus; nulla enim esse potest, nisi recta agamus intentione. 3. Hoc præstat, ut animo alacri magna qualibet aggrediamur, minora vero, & abjectiora magna cum humilitate, & fervore obeamus.

**XI.** 1. Vult Deus cum puritate cordis inquiri, hoc est cum recta intentione: Hoc Spiritus Sanctus in tot Scripturæ locis prescribit; alioquin illum nunquam invenimus. Verum quid est illud in puritate cordis, rectaque intentione querere? Sanctus Bernardus hoc paucis complectitur verbis, quæ explicanda sunt latius, & enucleanda: *Non aliud cum ipso, non aliud tanquam ipsum, non aliud præter ipsum.* 2. Nihil nos magis removet a Deo, quam cor duplex, ac prava in operibus nostris intentio; quod præstat hypocrisis, & vanitas &c.

**XII.** Tria sunt personarum genera, quæ quod bonum est varias ob causas inter se perfectione diversas operantur; vel si mavis, bona intentio tres habet gradus, unde quid nobis percipiamus ostendere possumus.

1. Alii Deo serviunt, ac bonum operantur propter iustitiam ejusdem timorem. Si timor hic filialis est, non servilis, bonus est, ejusque utilitates in medium possunt afferri. 2. Alii propter spem mercedis, quæ licet aliquantulum sit mercenaria, atamen est ad nos excitandos accommodata. 3. Propter amorem; quæ sane operandi ratio est longe perfectissima.

PARAGRAPHUS II.

*Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest, ad proposita Concionum systemata exornanda.*

**SANCTUS AUGUSTINUS, lib. contra mendacium c. 7.** ostendit id, quod per se peccatum est, bona intentione excusari non posse.

*Idem, de Serm. Dom. in monte, hæc explicans S. Matthæi verba cap. 6. Si oculus tuus fuerit simplex &c.* illa intelligit de intentione, quæ cum recta est, bonas, cum vero prava, malas efficit actiones nostras.

*Idem, Epist. 120. ad Hon. cap. 18.* docet Religionem sine Dei cultu, Deique cultum sine puritate intentionis non posse subsistere.

*Idem, in Psalm. 118.* docet, nobismet non satis diligenter cavere posse, quo sine, & quo acti spiritu aliquod operemur.

*Idem, Tract. in Epist. Joan. Exemplo mortis Jesu Christi ostendit, unam, eandemque actionem esse posse virtutis actum in aliis, in aliis vero crimen; quæ enim in Judæis fuit Deicidium, in Aeterno Patre summæ charitatis actus.*

*Sanctus Gregorius, Hom. 22. in Ezech. docet quam intentione Deo serviendum sit.*

*Idem, lib. 9. Moral. ostendit, hominum judicia timenda non esse Deum nostræ intentionis testem habentibus.*

*Idem, Homil. 4. in Ezech. de bona, pravaque intentione verba facit.*

*Idem, lib. 28. Moral. fufus hæc explicat verba: Luceerna corporis tui est oculus tuus &c.* & docet quomodo quilibet seipsum excutere debet, quam intentione operetur.

*Idem, lib. 35. Moral. docet, pravam intentionem sæpe in actionibus decessu obrepere, quæ optimam ob causam fiat inchoata.*

*Idem, Homil. 13. in Evangel. inquit, nullam esse virtutem sine bona intentione, ac bona opera nostra ita coram hominibus esse efficienda, ut intentio nostra Deo uni cognita sit.*

*Sanctus Chrysolomus, Homil. 9. in Matthæi, ostendit plures actiones, quæ bonæ sunt, vel neutre, malas fieri, cum mala intentione peraguntur.*

*Idem, Serm. 27. in Matth. postquam oculo intentionem comparavit, ostendit eadem oculum corpori, ac intentionem animæ officia præstare.*

*Idem, Homil. 2. ad Popul. Antioch. docet in quo intentio pura consistat.*

*Sanctus Basilus, in regul. brev. regul. 196.* docet quomodo abjectissima quæque ad majorem Dei gloriam fieri possint.

*Idem, Orat. de Inguvie, & Ebrietate, ait, Dei magnitudinem mereri, ut omnia opera nostra ad ipsius gloriam referamus.*

*Sanctus Bernardus, Serm. 40. in Cant. ostendit omnem actionum nostrarum bonitatem in recta intentione consistere.*

*Qui hujus argumenti libellor, vel tractatus ediderit, re, hi ferme sunt.*

*Jacobus Alvarez de Paz, Tom. 3. lib. 3. part. 1. cap. 8.*

*P. Suffren, Tomo 1. Anni Christiani cap. 2. ubi agit de altera bene actiones suas dirigendi ratione.*

*Drexelius prolixum edidit tractatum duobus libris comprehensum. Hic titulus est: Ammissis, proe recta intentio omnium humanarum actionum.*

*P. Saint-Jure, lib. 3. de cognitione, & amore Domini nostri cap. 4. quidquid ad hoc pertinet argumentum pluribus sectionibus persequitur.*

*Idem in libro, qui inscribitur: Homo Asceticus, cap. 5. parte 2. fufus de puritate intentionis verba facit.*

*P. Chahu libro de scientia salutis, de perquirendo bono cap. 4. art. 2.*

*P. Haineuve, Tomo tertio de Ordine Serm. 16. de recta intentione.*

*Dandinus, in Ethicis sacris lib. 24. quinque habet hujus argumenti capita.*

*P. Gaudier, lib. de perfectionis natura, & causis, pluribus in locis verba facit de puritate intentionis in singulis actionibus habenda.*

*Laurentius le Brun in libro, qui inscribitur: Juventus sancta, part. 6. cap. 2. sect. 1. satis prolixum habet de puritate intentionis tractatum.*

*Liber, cui titulus: Sermo de puritate intentionis, sine Auctoris nomine, sed egregie scriptus, collegit quidquid ab aliis scriptum fuit.*

*Nierembergus, Vita Divina, cap. 21.*

*Idem, lib. 4. Doctr. Ascet. cap. 3.*

*Idem, De Adorat. cap. 21.*

*Theophilus Bernardinus, de Perseverantia præfati.*

*Raynerius de Pisis in Panthologia.*

*Hortus Pastorum, in Virga Aaronis lect. 5.*

*Qui sequuntur, licet argumentum hoc brevius pertractarint, plurima tamen dicunt.*

*Granatenfis in Duce Peccatorum, cap. 17. §. 4. in Memoriali cap. 4. & lib. 7. §. 2. & tractatu 2. de Amore Dei cap. 12.*

*Alphonfus Rodriguez 3. parte loquitur de rectitudine, & puritate intentionis, ubi præsertim de inani loquitur gloria, quæ optimam quamlibet intentionem corrumpit.*

*P. Dozenne in Morali Jesu Christi satis prolixum habet hujus argumenti caput.*

*Moralis Christiana in Pater, libro 3. sect. 1. arctic. 7. ubi agit de modo sanctificandi nominis Dei, omnes ad illius gloriam actiones referendo.*

*P. Croiset Tomo 1. Considerat. Christian. loquitur de incuria, qua Deo placere negligimus.*

*Pean in Spiritualibus Alloquiis Tomo 1. Alloquio 12.*

*P. Nepveu libro, cui titulus: Spiritus Christianismi, lib. 3. cap. 1. satis ample agit de iis, quæ ad intentionis pertinent puritatem.*

*Idem in Christianis Considerationibus Tomo 2. & 3. de hoc stridit agit.*

*Niccolè in tractatu de Oratione cap. 5.*

*P. D. Argentan Capuccinus, libro de Magnalibus Jesu Christi, collatione 23.*

*P. Novet parte 5. Meditationum.*

*P. Delingendes in Quadragesima Serm. 1. pro feria 4. Cinerum.*

*P. Mathias Faber, in Sermone de S. Martino, de hac una ferme re verba facit.*

*P. Duneau Sermone pro feria 4. post quartam Adventus Dominicam.*

*In collectione Orationum Gallicæ Academiæ oblatarum anno 1697. duo sunt, vel tres hujus argumenti sermones.*

*Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta sermonum pro feria 4. post tertiam Qua-*

*Asceticæ re, hi ferme sunt.*

*Concionæ totæ nupri.*

Quadragesimæ Dominicæ integrum habet huius argumenti sermonem.

Lambert Tomo 7. Homiliarum Evangelicarum in puncto altero loquitur de recta intentione.

In Christianis sermonibus in Evangelia, Tomo 1. Sermon de Conditionibus, puncto extremo non nihil adest de puritate intentionis.

Gratanensis in locis Communibus. Bulteus, in Viridario. Lohner, in Bibliotheca manuali. Tit. Intentio, Summa Prædicantium.

PARAGRAPHUS, III.

Loci, Exempla, & Scripturarum Applicationes huic Argumento.

Non bonam rem facis, sulto labore consummeris. Exod. 18.

Omnis estimatio scilo sanctuarii ponderabitur. Levit. 27.

Quod placitum est coram te, feci. 4. Regum c. 20.

Oculi mei semper ad Domium. Psal. 24.

Quæritis Deum, & vivet anima vestra. Psal. 68.

Quid mihi est in Cælo, & a te quid volui super terram? Psal. 72.

Universa propter semetipsum operatus est Dominus. Proverb. 16.

Ve dupli corde, & labiis sceleris. Eccli. 2.

Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam. Psal. 113.

Quare jejunavimus, & non aperuisti? . . . Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. Isaia 58.

Pravum est cor hominum & inscrutabile; quis cognoscat illud? Jerem. 17.

Ventum seminavit, & turbinem metent. Osee 8.

Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cælis est. Matth. 6.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Idem, ibid.

Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosus erit. Idem, ibid.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Idem, ibid.

Te faciens eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua; ut sit eleemosyna tua in abscondito. Idem, ibid.

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Matth. 10.

Ego autem non quero gloriam meam. Joan. 8.

Amen dico vobis, queritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Joan. 6.

Quæ placita sunt ei, facio semper. Joan. 8.

Si radix sancta, & rami. Ad Roman. 11.

Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1. ad Corinth. 10.

Si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. 2. ad Corinth. 8.

An quero hominibus placere? si adbus hominibus placerem, Christi servus non essem. Ad Galat. 1.

Non ad oculum servientes; quasi hominibus placeres; sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo. Ad Ephes. 6.

Omne quodcumque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi. Ad Coloss. 3.

Quidam propter invidiam, & contentionem; quidam autem propter bonam voluntatem Christum prædicant. Ad Philip. 1.

Omnes quæ sua sunt querunt, non quæ sunt Jesu Christi. Ad Philip. 2.

Gloriam meam alteri non dabo. Isaia 42.

Propter te mortificamus tota die. Psal. 43.

Sapientia iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Sap. 10.

Qui colle-ctanea edidit.

Veteris, Novique Testamenti Exempla.

Sacrificium, quod primus est, atque præstantissimus Religiosis actus, Deo acceptum non est nisi pura fuerit offerentis intentio, & nisi hic primo illo cultu, quem adhibet, Domino honorem deferre contendat. Cain primogenitus mortali in ipsis mundi primordiis offendit sanctissima quoque qualia sunt sacrificia, non sancte peragi posse, & quin Deum leniant, ac ipsius flectant misericordiam, offerentium noxam graviores efficere, atque Deum ad iracundiam provocare. Offererat ille sacrificia Deo, uti & frater suus; sed non eadem intentione, non eodem pietatis sensu, neque eodem charitatis ardore, quo frater, qui summa alacritate in holocaustum Deo mactabat quidquid in gregebus optimum esse videbat; cum interim satis putaret Cain abjectissimos terræ fructus offerre, idque non ex cupiditate colendi Deum, sed ex servili timore, quo divinæ iustitiæ effectus se futurum verebatur. Deus autem iam ex eo tempore ostendit, se animorum recessus scrutari, sibi secretissimas etiam intentiones exploratas esse, atque computas, ac se temporum, sæculorumque decursa ipsas etiam pietatis actiones non eodem in discrimine habiturum. Quemadmodum enim duorum fratrum intentionibus tantam inæqualitatem, ita se omnino aliter sacrificia illorum accipere testatur est. Respexit ille quidem, Scriptura inquit, ad Abel, & munera, quæ ab ipso offerbantur; ad Cain vero, ejusque sacrificia non respexit.

Sanctus vir Job nobis in Scripturis proponitur tamquam verum recti cordis exemplar, cuius intentiones omnes erant puræ, & sinceræ, atque ad bonum tendentes, atque ad id, quod ille æquissimum, Deoque maxime placiturum, putabat: Vir Job simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, & adbus retinens innocentiam. Hæc viri huius a sacro Textu nobis præbetur imago, & iure asserimus possumus, hoc illius sanctitatem reperisse, eumque in omnibus vitæ fluxibus Deo acceptissimum effecisse. In summa rerum affluentia, in gravissima inopia, in tranquillo vitæ cursu, & acerbissimis doloribus: in solio, & majori adhuc cum gloria in sterquilino vitæ est Sanctus hic vir omnia a Dei manu recipere, huic omni in statu benedicere; quod mala æque ac bona Deo gratias agere; omnia recta cum intentione pericere, quin umquam a iustitiæ femita ne latum quidem, ut ajunt, unquam deflecheret. Itaque ex ipsa loquendi ratione qua utitur Deus, videtur hic sibi honori vertisse, quod tale haberet famulum, eoque ut illum coram Dæmone laudibus celebraret, & hunc provocaret, ut quovis conatu cordis illius rectitudinem, atque sententiarum sinceritatem experiretur.

Si ulla umquam est actio, ubi scrutetur Deus cor, unde emanat, atque intentionis puritatem respiciat, sane est poenitentia, & laxi numinis dolor. Hæc magni fuit causa discriminis, quod inter Saul, & Davidis poenitentiam constituit Deus. Uterque peccaverat; alter quidem Dei mandatis parere palam detrectaverat, alter vero adulterium commiserat, & cædem illius, cuius uxorem abduxerat. Utrunque facti poenituit, atque in doloris sui testimonium, uterque verbum idem pronuntiavit. Eventus atamen docuit, dolorem illorum longe fuisse diversum, neque ex eodem principio prosectum, David enim, licet peccatum eius longe gravius extitisset, vix ex cordis sinceritate dixit, peccavi, cum Propheia Dei verbis illi sceleris veniam concessam fuisse professus est: Dominus quoque transfudit peccatum tuum. Saul vero licet eundem sceleris dolorem testaretur, iidemque verbis uteretur, a Deo proiectus fuit, & Samuel pro eodem laborans oleum perdidit, operamque; Uterque iuges Saul, cum ego abjecerim eum? Cur autem ita se facilem præbuit alteri Deus, alteri vero ita inexorablem? Nisi quod David sincere agebat Deum, verumque sceleris sui dolorem præferebat; e contra vero Saul ideo morebat, quia verberatur, ne in criminis poenam Deus ipsum de gradu, ad quem eundem exererat, deturbaret; Hinc ille dicebat Samuel, sibi supplicium imitantem; Hinc ille dicebat Samuel, sibi supplicium imitantem; Salttem honora me coram senioribus. Quamobrem Patet quidam ait, utriusque peccatoris vocem fuisse simi-

simillimam, cor autem longe dissimilimum: Similis vox, sed dissimile cor.

In Scripturis quatuor inventuntur viri, qui celebre hoc verbum protulerunt: peccator, in quo tot peccatores hodie confidunt; quorum discrimen ex variis cordis eorum sensibus, & ex variis doloris eorumdem causis desumitur. Pharo Exod. 9. Saul 1. Reg. cap. 26. David 2. Reg. cap. 12. Manasses 2. Paral. cap. 33. & denique Judas. Matth. 27.

Salvator Mundi, qui nihil impensius, quam rectam omnibus in operibus intentionem commendavit, & qui nihil frequentius damnavit, atque prohibuit, quam pravam, nobis exemplar esse voluit præstantissimi finis, quem in omnibus operibus nobismet proponere debemus, placendi videlicet Deo in actionibus singulis, vel singula efficiendi, quia placet Deo. Hoc ille his verbis aperte testatus est: Quæ placita sunt ei facio semper: & alibi professus est, in iis, quæ pro hominum conversione, & salute operatur, nequaquam vel gloriam, vel utilitatem suam querat, & judicet. Unde, mea quidem sententia, inserri potest, velle Dei Filium eadem via queri, qua ipse nos quaerit. Intentio, qua ille nos quaerit, pura fuit, neque enim aliud nisi salutem nostram, & Patris sui gloriam respexit: Nostra igitur intentio in omnibus actionibus esse debet salus nostra, & gloria Dei. Quidquid dixit, fecit, perulit, ad hunc finem redegit; sua nequaquam commoda, at bona cogitavit, sed omnia ad Patris sui gloriam, salutemque nostram direxit. Etiam Christus non placuit sibi, Apollolus inquit. Hoc illum exemplar est, quod ob oculos habere debemus.

Dei Filium nemquam impensius Phariseorum vendi rationem exprobravit, quam propter pravam eorum intentionem, quæ omnium actionum in ipsis primum erat principium. Offendit autem illos inexcusabiles esse, quod eum non agnoscerent, postquam adeo insignia illis præbuerat suæ divinitatis argumenta. Invidia, qua in illum flagrabat, eos impellebat, ut illius interitum quacumque ratione procurarent. Pharisei invidia dæmone obsessi omnes actiones ejus hoc veneno inficiebant. Omnes eorum intentiones eo ferebantur, ut illius officeret existimationem, in pravum sensum sanctissimas illius actiones detorquentes, calumnias illi ingerentes, atque populum contra eundem excitare conantes. Deinde vero quid non aui sunt, ut illi vitam auferret? Omne intentiones illorum pravæ erant, quia invidia oculos, quod illum respiciebant, atque omnes illius actiones intuebantur, tenebrosissimum omne corpus eorum efficebant.

Memoria id repetamus, quod Salvator Discipulis suis dixit loquens de Vidua, quæ exiguum in templi gazophylacium iniecit eleemosynam, si cum aliorum largitibus conteratur, hoc ostendit illum præcipue in numeribus cor ipsum respicere, & qui minus dat, posse magis placere. Hominibus, quod dono datur, amittunt esse, nisi habeatur gratia, quæ ut plurimum nullam exiguis habetur munusculis: sed Deus semper ea benigne excipit, quæ puro corde sibi offeruntur; in hoc Dei elucet magnitudo, qui opellam nostram ex cordis magnitudine metitur, quia bonis nostris non indiget.

Eadem oratio, iidemque ferme terminis concepta Deo funditur, & abs Rege Ezechia, & a superbo Evangelii Phariseo: uterque coram Deo bona opera sua expoluerunt. Sed quam diversa erat intentio! Ita etiam varie accepta fuit: oratio quidem Pharisei ab Incarnato verbo respicitur, ea vero Ezechie ita Deo placuit, ut vix illius ipatio quindecim annos addidit.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic argumento.

Ulcera corpori tui est oculus tuus. Matth. 6. Quod corpori oculus, id singulis operibus tuis est intentio. Si oculus bonus fuerit, corpus bene regit, & male, si malus. Hoc ipsum de intentione dicendum est, quod est vitæ actionum nostrarum lucerna; si vis actionem aliquam præclaram esse opus est, ut intentio, qua illustratur, respiciat Deum: si enim creaturam spectaverit, actio, quæ ab eadem dirigitur, suam bonitatem amittit; Intentio recta est oculus animæ sanctæ, propter quem dicit Deus: Vulnerasti cor meum, est purus, & simplex oculus columbæ, de quo in Canticis fer-

Plures in Scripturis peccatores habentem, variis ob egras causas, sed ratio eorum salvatoris exemplum ostendit, quam in actionibus omnibus intentionem habere debemus. Joan. 8. Idem.

Ad Rom. 15. Prava Pharisæorum intentio.

Deo denari, quos vidua in gazophylacium immisit, ostendunt, intentionem solum a Deo spectari.

Eadem oratio in Rege Ezechia excutitur, in superbo Pharisæo respicitur.

Intentio operum nostrorum conscientia fit.

Sacrificia Abel, & Cain a Deo propter suam intentionem vanitatem accepta, Genesi 4.

Genesi 4.

Exemplum Job.

Simplicitas cordis in poenitentia David, in oculi vero duplicitas.

2. Reg. 10.

2. Reg. 11.

1. Reg. 11.

mo est; oculus est, qui in nos Dei oculos convertit, cum nobis satis est ab illo videri, & unum illum spectamus.

Quid mihi est in Cælo, & a te quid volui super terram? Psal. 72. Pura sane, & sublimis erat Regii Prophetæ intentio, in cælo, ac in terra præter te? quam, o Domine, in cælo, ac in terra præter te? quasi diceret: nolum vivere super terram, nisi te amarem; neque aspirarem in Cælum, si delicias a te sejunctas tibi nanciscerem. Hæc est sententia, quam pro viribus fovere debemus, quin confiteremur utrum ea, quæ facimus magna sint, an exigua; utrum publica, an secreta, utrum mortaliū existimationem, an contemptum sibi conciliant; dummodo Dei gloriam procurent, amoremque ejus in nobis accendant.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matth. 6. Videlicet si recta fuerit intentio tua, omnia opera tua erunt opera lucis; & gloria cælesti donanda. Recte ponderetur hæc Salvatoris verba docentes, dummodo in gratia statu simus, posse nos omnibus operibus nostris Cæli gloriam lucrari, seu laboremus, seu vendamus, seu emamus, seu aliud quidpiam faciamus. Proh si artifices omnes, si mercatores veritatem hanc nosset, eamque exercere didicissent? Queritis, Salvator ait, primum Regnum Dei: hoc est prima intentio vestra sit Deo placendi; & reliqua, bona videlicet temporalia adjumentur vobis. Væ Christiano pro terræ huius bonis, quæ fluxa, fragilique sunt, laboranti, quin Cæli bona æternam duratura querat.

In simplicitate cordis querite illum (Deum) Sap. 1. Cum Scriptura loquitur de cordis simplicitate, cordis intentionem intelligit, quæ unica, & simpliciter ferri debet in Deum, qui ens est purissimus, & simplicissimus. Igitur querere Deum in cordis simplicitate, est unum illum intueri, quidquid sit, quidquid optatur, quidquid dicitur, quidquid cogitatur ad unum illum referre: si enim partem Creatori, partem retuleris creaturæ, cor tuum non est amplius simplex, quia vitæ est intentio tua.

Omni custodia serva cor tuum. Prov. 4. Pro corde intentionem, qua operamur, intellige, etenim quemadmodum nobis plurimum inest amoris proprii, nisi summa cura nobismet, motibusque nostris invigilaverimus, fieri non potest, ut sexcentis nobis non occurrant rationes, sexcentis vanitatis motus, desideria hominibus placendi, ac nobismetipsi satisfaciendi, sexcenti humani respectus, qui totidem sunt retractiones bonæ intentionis, qua actionem aliquam re adhuc integra suscepimus. Jungitur ergo nobismetipsos invigilandum est; omni-busque cordis motibus, ut plurima interdicamus humana consilia, quæ indefinenter mentem subeunt; ut coercemus tot amoris proprii motus, qui ferme juges sunt, sed tere imperceptibiles; secrete perquisitiones commodorum nostrorum, voluptatum, honoris, sexcentoque alios huius generis motus, quibus animæ vulgi ne atreadunt quidem, qui animabus etiam, quæ præ cæteris virtute sunt præditæ, elabuntur, & qui sese sanctissimis etiam actionibus immittentes omnia earum merita evertunt, vel saltem omnem earum perfectionem imminuunt.

Discerne causam meam de gente non sancta. Psal. 42. Regius Prophetæ Deum rogat, ut sibi æquus esse veit iudex, ac suos labores a reliquorum laboribus distinguat, ac meritis ipsis debitum mercedem rependat. Quorsum autem, anabo vos hæc oratio? Quia, sanctus Augustinus respondet viri boni pro Deo nihil faciunt, quod alii pro mundo non faciunt. Jejunamus, abstinentiam exercemus; at alii nonne idem præcipue sepe retinunt maxime necessariarum utum avaritiæ spiritum interdicentes? Vigilamus, nocteque in oratione traducimus; milites, artifices, mercatores nonne sæpius adhuc vigilant? Nosmet humilitatis, ac sub totius mundi pedibus abijcimus: heu! quot ignavi adulatores tantumdem præstant, ut deinceps attollantur, & propitium sibi finem assequantur? O bone Deus, Pater hic ait, cum labores nostros, & vigilias numerabis, eas diligentissima discretionem distingues; nam quamvis mundi sectatores eadem efficiant, immo sæpe etiam multo majora, hoc tamen discriminis interest quod nos pro te, atque ut tibi placeamus, ea facimus, quæ alii, ut tui consulant utilitati, operantur: itaque discernere causam meam de gente non sancta. Si actiones eadem sunt,

Regii Prophetæ sententia de puritate intentionis.

Cælum acquirere possumus omnibus vitz nostræ actionibus.

Matth. 6.

Quomodo Deus sit in cordis simplicitate querendus.

Vigilantia adhibenda ad pravam intentionem aver-tendam.

Intentione sola ut plurimum sanctorum labores a vulgi laboribus differunt.

intentiones, quæ earum pretium, meritumque continent, sunt longe diversæ. Ex Authore Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta.

Dominus autem intuetur cor. 1. Regum cap. 16. Sacer textus intentionem nomine cordis appellat, non solum quod ex corde proficitur; ut dicit consuevit, non tantum spectari id, quod fit, vel quod datur, quam cor, scilicet intentionem, & affectum, quo datur, & fit; verum etiam quia quemadmodum cor est prima pars, quam in corpore natura facit, primum vivens, & vitæ principium, unde sese in omnia membra communicat; ita intentione nihil nobilior est in actione, & illa huic, ut ita dicam, vitam imperit: sicuti cum læsum est cor, adum iam est, & mors nullo pacto potest evitari; ita si deficit intentio, hoc est, si pravo aliquo sine corrumpatur, actio mortua est, nullius pretii, & valoris.

Intentio, Richardus de Sancto Victore ait, cor est, & anima actionis. Cor est principium vitæ, & quale cor est, talis est vita. Nabuchodonosor hominis vitam in bruti vitam immutans, amisit cor hominis; & a vita bruti ad hominis vitam reverso, reddidit fuit cor hominis, ut loquitur Scriptura. Ita bona vel prava in actionibus vestris intendit ostendit utrum vivatis tamquam bruta, an tamquam homines; & tamquam reprobi, an tamquam prædestinati, & utrum vere vivatis, an anima vestra sit tamquam corpus, quod anima caret, & corde.

Non potest arbor mala bonos fructus facere. Matth. 7. Prava intentio ita actiones omnes corrumpit, ut ne una quidem bona fieri queat, si sit intentio prava. Et quod Sanctus Paulus Apostolus inquit, hominem, qui omnia bona sua pauperibus erogaret, & qui vivens adhuc flammis uti mallet, quam fidem abdicare, nihil lucraturum, nisi charitatem haberet; nos dicere possumus de recta intentione, quæ si cui deesse, quidquid boni operaretur, nihil illi proderet, vel potius nihil illi boni pergeret; Non potest arbor mala bonos fructus facere, Eleemosynam erogare, jejunare, orare, bona sunt opera; si ob pravum finem hæc facis, jam nihil profunt.

Christus non sibi placuit. Ad Rom. 15. Magnum est asserere Christum sibi non placuisse. Quomodo fieri posset, ut hic homo Deus, in quo omnes aderant perfectiones, & qui omnes sapientiz, ac scientiz Dei thesaurus possidebat, sibi non placeret, quandoquidem sciebat Cælestem Patrem in ipso, tamquam dilecto Filio sibi complacere? Attamen, Christus non sibi placuit, hoc est operari volens hominum salutem, qui finis erat, operari quem venerat in mundum, sibi debitos negavit honores, pauperem, incommodamque vitam traxit; etenim ad finem, quem sibi proposuerat, censuit illam esse utiliorem, quam naturalium studiorum rationem haberet, & quin aliam haberet intentionem, quam placendi Patri suo: Christus non sibi placuit.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum, hujus Argumenti.

Noli ad premium diligere Deum, ipse sit premium tuum. August. in Joan. Non vade attendas quid homo faciat, sed quid cum facit, aspiciat. Idem, in Psalm. 13. Gratulum sit, & quod amatur, & quod laudatur; quid est gratulum? ipse (Deus) propter se, & non propter aliud. Idem, in Psalm. 33. Quod premium a Deo accepturus es o avaræ? Non tibi terram, sed seipsum servat, qui fecit caelum, & terram. Idem, ibid. Quod bona intentione non facis, non tibi proderit, quia quomodo feceris, non quomodo e veneris, tibi imputabitur. August. super Matth. 6. Magni interese cum aliquid boni facimus, cujus rei contemplatione facimus; officium quippe nostrum, non initio, sed sine perendum est; ut scilicet non tantam si bonum est, propter quod facimus; cogitemus. Idem, Conc. in Psalm. 118. Amemus, gratis amemus: Dominum enim amamus, quo nihil melius invenimus, ipsum amemus propter ipsum. August. Sermon. 250. de Temp. In omnibus quæ agimus, finem intentionis magis

Intentio anima est, & cor actionum principium. Prava intentio nimis quam efficaciter potest actionem bonam.

Quo in sensu intelligendum sit, quod S. Paulus ait, Jesum Christum sibi non placuisse.

quam actum operationis Deus attendit. Idem, vel alius Author, in Soliloq. cap. 14. Martyrem Christi non discernit pœna, sed causa, Idem de Civit.

Deus cor & non substantiam pensat, non cogitat quantum, sed ex quanto quis operatur. Greg. lib. 28. Moral. cap. 6.

Sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto; ut & de bono opere proximus præbeamus exemplum, ut tamen per intentionem, qua soli Deo placere possumus, semper optemus secretum. Idem Homil. in Evang.

Summa cura vigilandum est, ne vel operibus bonis serviens, mens reproba intentione polluat. Idem in Moral.

Cum perversa intentio vel rectum quid agitur, etsi splendore coram hominibus corruat, apud examen tamen interni iudicis obscuratur. Idem, lib. 28. Moral. cap. 6.

Sicut fabrica columnis, calumne autem basi nitentur, ita vita nostra in virtutibus, virtutes autem in intentione intima subsistunt. Idem.

Nulla est lux operis, quam non præcedit reititudo intentionis. Greg. lib. 4. in Reg.

Multi videntur boni, que non sunt, quia bono animo non sunt. Idem lib. 1. Dial. cap. 10.

Aliquando hostis nosse in bono opere intentionem polluit, ut omne quod in actione sequitur, eo purum non exeat, quo ab origine illud perturbat. Idem, lib. 1. Moral. cap. 38.

Qui pro virtute quam agit humanos favores desiderat, rem magni meriti pro vili pretio venalem portat. Idem, lib. 8. Moral. cap. 25.

Affectus divitem collationem aut pauperem facit, & pretium rebis imponit. Ambr. lib. 1. Offic. cap. 130.

Oblata Deo, non pretio, sed affectu pensantur. Salvian. ad Eccles. Cathol.

Non statim qui jejunat, Deo jejunat, aut extendens pauperi manum Deo sanatur; vicina sunt vitia virtutibus; difficile est Deo iudice esse contentum. Hieron. Epist. ad Lucii.

Sanctum non est quod agitur sanctum, nisi sancte quod sanctum est peragatur. Origenes de singul. Cleric.

Ne putemus non premio caritatis, si pro premio non laboremus; imo ob hoc ipsum premium erit magis. Chrylost. Homil. 5. in Epist. ad Rom.

Opera probant homines que cornunt, sed unde procedant non discernunt. Bernardus, de grad. Homil. 5.

Quomodo Deus omnia esse voluit propter semetipsum; sic nos quoque nec nos ipsi, nec aliud quid fecisse vel esse velimus, nisi ego propter ipsum. Idem, Tract. de dilig. Deo Coll. 10. & 11.

Sicut decor corporis in facie, ita decor totius operationis anime, consistit in intentione. Idem, in sententiis.

O pura & desecata intentio voluntatis! eo certe desecatur, quo in ea de proprio nihil admixtum sit; affectu desecari est. Idem.

Quando quis operatur, non ut Deo placeat, sed quia placet ei Deus, vel quia placet Deo quod operatur. Idem, in Cant.

Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentione bona. Richard. a S. Victore de statu inter. homin. cap. 17.

In cunctis operibus quicumque salutem exceptat, ad illum, quem divina lex mandat, dirigat finem, ut non casu labore desudet. Laurent. Justin. de Regim. Pralat.

Omnia vitia, cum charitate facta, sunt aurea atque divina. Anselmus, in cap. 23. Epist. 1. ad Corinth.

Tota ratio vivendi hominis Christiani unum scopum habet, nempe gloriam Dei. Basil. de ingl. & ebriet. Or. 16.

Si nihil aliud quam Dei beneplacitum, & proximi utilitatem intendis, & queris, perfecta libertate perfrueris. Lib. 20. de Imitat. Christi, cap. 4.

Excellentissimum donarum omnium intentio bona. Bernard. in Cantic.

Minus te Domine amat, qui tecum aliquid amat quod propter te non amat. Aug. lib. 10. Conf. Deus coronat bonam voluntatem, quando non invenit facultatem. Idem, in Psalm. 109. Non in factu laus est, sed in eoquequodmodum fiat. Senec. Epist. 93.

Ad

Ad finem summi boni omne factum diciturque nostrum respiciat. Idem.

Inustum est, quod detracta omni utilitate sine ullo præmi fructibus pro seipsum jure potest laudari. Cicero. lib. 2. de Finibus. Nulla potest esse virtus nisi gratuita. Idem, 5. Tulcul.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pens ad hoc argumentum depromi queat.

Intentio generatim sumpta non est aliud, quam actus voluntatis, quo ad aliquem finem tendimus. Hæc definitio traditur a Divo Thoma, qui profert Sanctum Augustinum. Idem intentionis nomen definitio hujus æquitate significare videtur; non enim significat aliud quam attentum finem intuitum, pro quo aliquis actio facit. Verum cum agatur hoc in loco de supernaturalibus intentionibus, quæ efficiunt ut propter Deum agamus; ut actiones nostræ bonæ sint, atque meritorie adimus, bonam intentionem non in sola cogitatione, neque in sola mentis rationatione consistere. Verum est quod ut vere habeatur intentio propter Deum operandi, actu ad Deum cogitationem esse referendam; sed voluntatis unum interest præcipere, fere ferre, atque in id tendere, quod eodem ratio proponit; ideoque intentio significat, & designat actum voluntatis, quæ rationis operationem, & intellectus actum præsupponit.

Quemadmodum puritas intentionis vel ab intentione generatim bona distinguitur, asserere possumus hanc puritatem intentionem esse actum charitatis, per quem quidquid factum ad Deum, tamquam ad postremum finem nostrum referimus; charitas enim non solum consistit in pia inclinatione, quæ Deo adherere contendimus; verum etiam in generoso affectu, quo voluntas fertur ad agenda propter illum, & ad operandum pro illius gloria, quidquid faciendum aggreditur. Cumque admodum facile, vulgatumque, sit inter sanctissimas rationes, optimalique causas alias quoddam obrepere, quæ puritatem priorum corrumpunt immixtione illius, quod vel impurum est, vel minus purum; si persona pro objecto, & in eo, quod operatur, habet solum bonam finem, rectamque intentionem, dici quoque potest puram esse illius intentionem, quia omni caret prævæ intentionis immixtione.

Animadvertendum est, tamquam fundamentale hoc in argumento principium, cum hominis conditio toto celo nobilior sit ceterarum creaturarum anima carentium conditione; ita etiam illius agenda rationem toto celo præstantiorem esse debere, & perfectiorem. Alia creaturæ corporeæ sine electione, & judicio operantur, ac solo naturæ instinctu ad finem suum feruntur, velut animalia, id quærentia, quod sibi utile est, & naturaliter fugientia, quod sibi nocere potest; ita cognitio mutum est naturæ monitum, non autem libera electio, vel ratiocinatio. Homo autem, qui rationis est compos, rationem sequi oportet hoc est consulto, atque prudenter operari debet; ideoque nihil efficiere, quod ad propriam finem minime tendat; alioquin degenerat, atque de conditionis, & dignitatis suæ decedit gradu. At ignorare non possumus finem hominis, si tamquam rationis participes consideretur, & multo magis si velut Christianus, non alium esse quam Deum, ideoque actiones hominis, ut rationabiles sint, & Christianæ, ad Deum debere referri.

Finis in rebus omnibus moralibus est principium, & prima causa, reliquis morum tribuens. At primum actus, qui ad hanc finem tendit tamquam primum instrumentum, quo omnes facultates nostræ moventur in consiliorum executione, intentio est quæ non aliud est, quam desiderium, & voluntas finis eundem; ita ut si finis, quem cupimus, iustitiam, quæ desiderii nota est, necessaria illatione, iusta sit, sancta, atque honesta, suamque bonitate effundat in actionem, quæ non aliam habere poterit præter eam, quam a fine suo mutuatur. Hinc sequitur, quod intentio actionum qualitatem constituit, videlicet illas bonas efficit, vel

Definitio generatim intentionis, & peculiariter bonæ intentionis. 1. 2. 5. 12.

Quid sit puritas intentionis.

Intentio est primum actus, cui ad propositum finem tendit.

malas, vel neutras secundum rationem, propter quam sit; etenim cum de morali sermo est, sine hoc nulla virtus vel est, vel esse potest. Quamobrem S. Ambrosius ait, nos eaten bonum operari, quatenus ejus operandi intentionem habemus.

Intentio, qua omnia operamur, tantæ est necessitatis, ut quod arbori radix, anima corpori forina composito, hoc fit actioni intentio; ita ut actio nostra nobilis sit, vel abiecta, laude digna, vel probro, pro intentionis natura, & qualitate quæ cum sit bona, eam bonam facit, & si optima est, perfectam illi confer bonitatem: Si radix sancta, & rami, S. Paulus ait. E contra si viciosa, illi suam vitium communicat, eamque profors corrumpit, quamquam extrinsecus fulgeat, & optima videatur.

Supponendum est, vitam nostram ex triplici actionum genere constare. Alia suapte natura bonæ sunt, ut oratio, eleemosyna, alia id genus, sunt quas vulgo virtuti actiones vocamus. Alia sunt per se malæ, ut mentiri, obtrudare, blasphemias evomere, & similes, quas vulgo peccata nuncupamus. Tertie demum sunt neutrae, hoc est, neque rationi conformes, quia ut plurimum nobis sunt cum brutis animalibus communes, neque disformes, quia vel imperate sunt, vel permixta; veluti manducare, bibere, dormire &c. Ita tria quoque intentionum genera distinguuntur, alia quæ sunt bonæ, alia malæ, alia indifferentes. Hinc vero Theologi omnes concludunt, 1. Malam intentionem corrumpere, pravamque efficere posse actionem, quæ bona est. Exempli gratia, qui eleemosynam erogat, ut ad propositum sibi finem facilius perveniat, qui est, populo fucum facere, & charitatis famam aucupari, scelus committit coram Deo, qui vult omnia ad majorem sui nominis gloriam fieri. 2. Bonam intentionem efficere possit, ut quod neutrum est, bonum fiat: exempli gratia, scientiarum studium coram Deo, neque bonum est, neque malum; verum cum eodem utitur ad tuendam Religionem, & Providentiæ, vel gratiæ Dei mysteria detegenda, id quod per se nullo in discrimine habetur, sanctum fit, atque laudabile. 3. Quoad actiones, quæ suapte natura malæ sunt, hæc cum recta intentione nullo pacto simul bonæ esse possunt; quæ potest quidem illarum imminuere nequitiam, at illas Deo probare non potest.

Cum Theologi de intentione loquuntur, tres illi gradus tribuunt; primus est; intentio habitualis, alter virtualis, tertius actualis. Habitualis quidem in actionibus supernaturalibus, & meritoris tunc est intentio, cum opus bonum fit in statu gratiæ, hoc est in habitu charitatis. Etenim licet bonum aliquid opus facientes non habeamus explicitam attentionem, atque intentionem illud propter Deum efficiendi; nihilominus, quia sumus in statu gratiæ, actio hæc ad Deum pertinere videtur. Verum est, sententiam hanc non omnibus vulgo probari Doctoribus, pluresque esse, qui tenent ad hoc ut opus fiat acceptum Deo, requiri ut cum actuali, vel saltem virtuali fiat intentione. Nolo hanc dirimere difficultatem, unicuique integrum relinquens abundare in sensu suo, atque suadens, ut omnes tutiorem partem sequantur. Alter gradus est virtualis intentio, quæ est cum, exempli gratia, vi generalis oblationis, qua Deo omnes actiones nostras cum bonas, tum neutras, atque naturales dicavimus, operamur quin hanc revocemus intentionem, vel quin illam aliquo peccato interrumpamus; sed sine ullo attentio, & actuali intuitu in singulis actionibus, quæ Deo acceptæ sunt solum gratia præcedentis oblationis, quæ suum in quilibet influxum effundens, illas ad Dei gloriam applicat. Gradus tertius est actualis intentio, quæ est, cum in statu gratiæ existentes, actu boni operis intentionem ad Dei gloriam dirigimus. Sed quia intentio hæc jugiter actualis non fit nisi in celo, & hæc in vita illam habere non possumus, debemus saltem in iplo diei exordio omnes actiones nostras non generatim solum, verum etiam singulatim ad majorem Dei gloriam referre.

Docet D. Thomas, licet intentio semper feratur in finem, quemadmodum jam dictum est, non est esse tamen necessarium, ut in ultimum finem feratur; tum quod varie sunt hominum intentiones, licet unicus sit, & ultimus finis, videlicet beatitudo, tum quod intentio est actus, qui respicit finem, quemadmodum terminum motus voluntatis,

Bona intentionis necessitas in Christianis actionibus. Ad Rom. 11.

In humana vita tria sunt actionum genera, secundum triplicem intentionem.

Tres vari gradus intentionis.

Intentio non semper esse alium finem.